

OBSERVAT. III.

*Melancholicus in summo gradu vini haustu
recreatus.*

DN. M. Nicodemus Sirzlinus, purus purus melancholicus, valde pusillanimis, anxius & meticulosus, à nulla re, majus capiebat solatium, quam haustu vini, Naturâ frigidiore incalescente & per regenerationem spirituum, accidentariam hilaritatem procurante, sed ubi sanguis defervebat, pristina rediit tristitia. Exin sum exoratus, ut ad propulandum ac mitigandum animi mororem, remedium *universis* communicarem.

℞. R. bugl. ab. inter. cort. mund.

℥4. fl. bor. bugl. anth. an. ℥2. citrar. cum fl. m. 3. pass. min. mund. ℥viij. cinnam. ac. ʒiʒ. f. sac. pro. v. mens. vini in dol.

In prandio haustum sumpsit, id laudibus extollens. Post annos complures à catarrho suffocativo è vivo est sublatus, illius morbi decursus & qualia viscera, cadavere aperto, reperta circumstantialiter à me consignatus extat in meis consultationibus, multa singularia & notabilia occurrent.

De Mania.

OBSERVAT. I.

Duo Maniaci restituti.

Um quidam Vir honestus Civis Iſnenſis, cum uâ Uxore ex Ducatu Wirtembergico, domû reversus, ambo tanto furore correpti, ut catenis constringendi ac coercendi, ne sibi & aliis exitium ac damnum inferrent, vulgò creditum, toxicum oblatum, mentem evertens, erant die noctuque valde inquieti, cum continua

dygona & absurdis dictionibus. Si causa naturalis, quin ab atra bile incensa ac deusta *ad* illud concitatum, indubium. Maritus ita tractatus & curatus.

℞. Fol. sen. f. f. ʒʒ. Rhab. El. ʒ4. cort. Ell. n. præp. ʒij. prun. dul. v. sem. anil. ʒj. inf. per. n. in dec. fl. & fr. Mane facta ebull. & expref. ʒ. ʒ4. in qua dis. El. lenit. diacath. a. ʒiʒ. conf. Ham. ʒ4. syr. ros. sol. Mann. a. ʒʒ. M.

Erat

Erat difficilis alui. V.S. primò mediana in brachio dextro, post etiam aperta cephalica utriusque manus inter pollicem & indicem.

℞. Ung. popul. ʒʒ. ol. Nymph. viol. pap. expref. a. ʒij. op. theb. gr. 7. cro. gr. ij. cer. parum. f. lin.

Pro lavacro pedum:

℞. Nymph. lact. viol. a. m. iij. Ros. m. iij. aneth. chamo. a. m. β. fa. lic. m. j. cap. pap. al. 7. dec. in aq. ℥. Amyg. d. ʒʒ. sem. 4. fr. ma. a. ʒij. sem. pap. al. ʒij. cum aq. hord. f.

Emuls. ad. syr. viol. pap. errat. a. ʒʒ. M.

Tandem ℞. aq. Ros. ʒx. op. El. ʒj. cro. ʒʒ. M. pro epith. frontis & temporum, cum linteolis imbutis & expressis, tep. apl.

Parum etiam naribus instill. ante cubitum.

Exh. etiam gr. 4. laud. op.

Eâ nocte dormivit, cum antea, per dies 14. insomnis, & menti restitutus. Quin & uxor consimilibus recuperavit *auxiliar* corporis & mentis.

OBSERVAT. - II.

Cum Dn. Caspar Hilleri, Pastoris Reip. Insensis Filius M. artium, Maniâ sævâ obsessus, Pater meum efflagitavit consilium, pareo, trans-

mitto, id à Medico illius loci laudatum, cujus apographum extat, in meis consultationibus.

De Catarrho,

OBSERVAT. I.

De variis symptomatis à catarrhos à materiâ concitatis:

De qualitate camphoræ, & situ cordis.

Um olim Durlachii Marchionatus Badensis oppidum hæsilsem, ipse Illustris. Dn. suum intimum Secretarium ad me ablegavit offerentem chartam, in qua varia consignata symptomata, à catarrho proficlientia, quibus S. C. molestata, meum desiderans iudicium. Consilium

erat conceptum & oblatum & laudatum. In aulâ dici solum, Ill. Dn. Marchionem ab Alchymistis olim ita tractatum, ut rota ipsius Natura corrupta, si maturius tale obtigisset consilium, indubium, quin à gravioribus symptomatis præservari & commodiore frui valetudine licuisset. Illius apographum reperitur in